

## LV.

P. P. VERGERIO A GIOVANNI DA BOLOGNA<sup>(a)</sup>.

[B, c. 3 b; C, c. 249; R, c. 74 b; G, c. 128].

Huc heri<sup>(b)</sup> me contuli, primum ut te viderem quem nondum  
 abiisse hinc arbitrabar, sperans eventum aliquem qui te re-  
 tardaret affectibus meis obsecutum<sup>(c)</sup>, deinde ut, si quid possem,  
 in communis amici rem atque honorem conferrem<sup>(d)</sup>. ex priore  
 causa frustra est michi<sup>(e)</sup> iter hoc susceptum; abieras enim<sup>(f)</sup>; in  
 posteriore effeci nonnihil. nam cum adhibuissem litteras quo-  
 rundam, que de virtute illius ac dignitate preclaram fidem facerent,  
 ipse postremo locutus sum. in quo satis est ne preventi simus;  
 cetera spero bene processura. de hoc enim<sup>(g)</sup> dispositurum sese  
 preses<sup>(h)</sup> ait, cum venerit in provinciam, primum quod honori sit  
 sibi, deinde quod michi gratum. illico enim me recognovit<sup>(i)</sup> et  
 hos<sup>(j)</sup> qui ad se scriberent. quam rem ita processuram reor, ut, cum  
 virum cognoverit, rogaturus sit ipse<sup>(k)</sup> quam rogandus. litteras  
 tuas posteriores habui pridie kalendas aprilis, ubi exanimatus pene  
 sum, cum ex eis legerem filiolum tuum unicum<sup>(l)</sup> optime indolis,  
 quem tecum huc adduxeras, virtutis ac probitatis tue et fortune,  
 quecunque est, futurum heredem, valida febre correptum. timo-  
 rem adiciebat, quod ex infecto<sup>(m)</sup> et pestilenti aere aut certe suspecto  
 eum deduxeras, ut, si qua esset labes ex loco contracta, in pericu-  
 lum fortassis erumperet; sed reddidisti spiritum, cum ad salutem  
 spectare iam morbum et convalescere puerum diceres. facile enim  
 et ex<sup>(n)</sup> levibus causis obire mortem pueri solent, ut, quotiens egri-  
 tudinem ullam evadunt, totiens nasci videantur<sup>(o)</sup>. itaque qui pru-  
 denter ac salubriter te filiumque tuum inde eduxeras, ubi pene certior

Venezia,  
6 aprile 1395.È a Venezia per  
due motivi; spera-  
va di trovarlo an-  
cora là, e voleva  
raccomandare al  
Caetani la causa di  
Santo, presentan-  
dogli le lettere de-  
giure consulti pa-  
dovani.Il Caetani ha ri-  
sposto che ci pen-  
serà dopo il suo  
insediamento;egli confida che,  
conosciuto Santo,  
il patriarca stesso  
lo domanderà.Fu angoscianto dal-  
la notizia che il  
piccolo Bernardo  
si fosse ammalato  
di febbre,e gode di saperlo  
ormai convale-  
scente.Però, Giovanni  
non doveva ricon-  
durlo nell'Istria,  
dove l'aria infetta

(a) B P. P. V. Ioanni Bononiensi s. d. C senza titolo. RG Ioanni de Bononia phi-  
 sico [s. d.] (b) C obsequium (c) BCG conferre (d) RG om. michi (e) C om.  
 enim (f) CR om. enim (g) R presens (h) CR cognovit (i) BG in marg. et his  
 (k) R om. ipse (l) R infesto (m) CR enim ex (n) G nasci iudicantur

(1) Lunedì, il 5 aprile 1395.

(2) Bernardo, di cui si parla nell'epist. LXIII. Cf. epist. III, p. 8 nota.